

Eidem D. Sibrando

169.

Salutem. Reverende viri proximas et superiores
meas accepisti forsitan. Aliquid in illis de libro
gratii scripseram: et in his de allegato quodam
ex concilio Arausicano, quod non repererim. Quae
sunt iterum: et reperit tandem (Encl. II. cap. 25. haec
verba: Aliquos quos ad malum divina potestate pra-
destinatos esse, non solum non credimus, sed etiam
si sunt, qui tantum malum credere velint, cum o-
mni deestimatione illi illis anathema dicimus. Quae
volui significare, ne forte in response tua mea
auctoritate errorem committeres. Nihil verò
id contra reprobationem aliquorum et deestinati-
onem ad malum poena propter peccata. Tantum
negat, aliquos destinatos ad malum culpa à deo, et hoc affir-
mantibus anathema dicit. Non nescio Beza et Janchinum
alibi sic loqui: vasa contumeliae adaptata esse non
modo ad interitum, sed etiam ad antecedentem conta-
meliam seu probra: hoc est, peccata; intelligant verò
peccata non quia peccata, sed quia peccatorum pra-
cedentium poena, quomodo etiam Martij Rom. I. scribit
deum velle peccata et poenas. Possunt excusari tales
à prologia, sed praestat cautius loqui, dumodò
iudicia sua deo integra constant. Ego ut videre potu-
isti ex lib. 2. de amiss. grat. tria ostendo in malorum
actionibus consideranda: actiones, malitiam, poena
dei iudicia: actiones communes sunt deo et homini:
malitia propria humanae voluntatis prava, iudicia
verò dei propria, quae sola spectat scriptura, quae
deus deo malorum opera adscribit. Sensus idem nobis
velim et sermonem esse. Proximam lunam aggressus
sum lib. 3. de justis. de πλυσσολογία fidei, circa justi-
ficationem, predestinationem, perseverantiam

quam miris argutis involvit adversarius. Optaspen-
te ducem habere, sed video mihi frangendam hanc
glaciem. Faxit deus at recta via incedam in tan-
tis salubris! Filius meus Philippus te plurimum reser-
vabat. Nunc habet sub prolo Francofurti opus quod-
dam Philologicum, quod futuris mandis v. d. vide-
bis. Feliciter vale Heidelberg. 2. Martij. ibiq.

170.
A. Pareus.

Eidem D. Librando Saluten.

Si meae postremae feri demum ex naufragio bene sordida
ad te emeruerunt, non mirum si et tuis non rari idem
contingat. Itaque non statui deinceps nisi tuis occasi-
onibus ad te scribere, quanquam scribendo veri jam
defessus sim, nec calamam unquam sumerem, nisi
scirem, quid faciat *ἀποβύσσει* nimia. Legebam
notas D. Bogermannii in pietatem Grotii. Quod illis
deerat sibi multum tamen me delectarunt. *ἡ τῶν* com-
mentarius complevit, sic quidem, ut palmam certe
a me feras, ad adversarius ferre jure debeas, nec du-
bitare laturus sis ab eis, qui moderatius sapiunt. Ita est
per omnia scriptum grave, moderatum, nervosum
ut dubitem tibi maiores gratias esse. Grotius debeat,
quod pro tam atrocibus injuriis tam moderate eum
erudieris, rectiusque sapere docueris: an tu illi, quod
tam elaborata nota scriptam evulgandi tibi auxilium
dederit. Scribo tibi iudicium meum sine furo. Den-
ique in convivio magna auctoritatis apud nostros
et vestros quidam pronuntiabat, videri sibi scriptum
eruditum, grave, moderatum. Adidi ego, librandum
seipsum hic superasse. De ordine Eclesiastico scis
gravissimam questionem non tam de jure, quam
de *πράξει* difficillima in utraque partem: quoniam
testibus historicis antiquis et sequentibus sive *ελεγκταις*,
sive